



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

43 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs supersperauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

364 MEDITATIONES

ris me, in te sperabo: nec obliuiscar, quia  
ipse es, qui mandas carmina in nocte.  
**Psal. 21.** Hæc recolens in corde meo in te sperabo,  
sciens, quia nemo sperauit in te, & con-  
fusus est: nec ab expectatione mea con-

**Psal. 118.** fundes me.

43 Et ne auferas de ore meo verbum  
veritatis vsquequaque, quia in iudi-  
cijs tuis supersperauit.

Verbum -  
veritatis  
confe sio  
nostræ in-  
firmitatis

**Ex Conf.**  
**S. Aug. l.**  
**10. c. 2.**

Et miseri-  
cordiarū  
Domini.

**Ecccl. 15.**

**Heb. 13.**

**A**C si dicat, viam mendacij amouisti à  
me. si immaculatum me existimo,  
me ipsum seducens, mendax sum. Si con-  
fiteor infirmitatem meam, verbum veri-  
tatis habeo. Os meum accusans me, non  
condemnabit me. Hoc verbo, responde-  
bo exprobrantibus mihi, respondebo &  
tibi. Nunc enim quod gemitus meus testis  
est, displicere me mihi, tu refuges, &  
places, & amaris, & desideraris, vt eru-  
bescam de me, & abjiciam me, atque eli-  
gam te: & nec mihi, nec tibi placeam nisi  
de te. Erit & verbum veritatis in ore meo,  
quod mihi instanter postulo concedi, si  
cū miserijs meis cōfitear simul misericor-  
diastus. Quantū àte retarder pōdere meo,  
quantum ad te accedam munere tuo: quo-  
niā in ore fideli, quod proprium fru-  
ctum suum germinat, Fructum, inquam,  
labiorum cōfidentium nomini tuo, abū-

dat laus tua. Neque enim fidelia labia sunt  
quæ non erumpunt, & parturiunt laudes  
tuas. Hæc sunt iudicia tua, in quibus su-  
persperauit. Quia non tacentibus de se, &  
non tacentibus de te soles misericordiam  
tuam præstare; vt abstergas, quod no-  
strum est; &, quod tuum est, largiaris. Si  
autem verbum hoc veritatis, & accusatio-  
nis meæ, & laudis tuæ usquequaque, id  
est, semper, ac per omnia fuerit in ore  
meo, vt omnia ossa mea germinent lau-  
dem, meritò gloriari & ipse potero, quia  
in iudicijs tuis supersperauit. Sed illud  
verbum veritatis, precor, Domine, neva-  
quam auferas à me, vt annuntiare prä-  
termittam legem tuam fratribus meis, & nitionis.  
cum fiducia sancta loqui, quæ postulat à  
me caritas tua, & utilitas discreta proxi-  
morum. Non enim ad hæc satis in me vi-  
rium agnosco; sed fiducia mea in te est,  
qua in iudicijs tuis supersperauit.

44. Et custodiam legem tuam semper,  
in seculum, & in seculum seculi.

Vide propositi firmitatem: vide coo-  
perationem ex animo. Quid est enim  
in seculum seculi? Sancti Ambrosius, &  
Augustinus, ac Theodoreetus seculum se-  
culi æternitatem intelligunt: quia in alia  
vita, hoc est, in patria voluntati Dei per-  
fecte congruimus, illique perpetuum cul-  
tum,

Seculum  
seculi vi-  
ta æterna.

Q 3